

Intendebat enim dux Burgundie, habita civitate Nussienſi proce-
dere ad civitatem Colonienſem, et ad alias civitates. Imperator
igitur difficilius descendit. Venit tamen cum magna comitiva
equitum peditionumque. Anno Domini 1475 circa festum natiuitatis
sancti Iohannis Baptiste, quiescens et munions locum, in quo
se posuit cum exercitu suo inter civitatem Nussienſem et Loens,
deliberans, utrum ne vellet ducem repellere a civitate manu vio-
lenta, qui in civitate Nussienſes et plures Barones exerci-
tus sui plurimum affectabant. Sed imperator, quia pacificus fuit,
misit legatos suos ad ducem Burgundie, ^{etiam} ~~pro~~ ut a civitate discederet
atque in pace eam illam dimitterent. In casu si inobediens existeret eum
violenta manu repelleret. Dum igitur cum audiret legatos et principes
preceptum imperatoris, inobediens fuit imperatori, et civitatem iniri-
tam dimisit, quamvis infinitas expensas expendisset et multos murt-
uos de suis ante civitatem amisisset. Imperator tamen eundem ducem
rationabiliter informans, amicaliter ab eo dissuadendo contrarium
inter filium suum unicum postea regem Romanorum, Maximili-
anum videlicet, et filiam ducis Karoli unicam, qui contractus offi-
ciam habuit. Insuper imperator suspendit causam civitatis Nus-
sienſis et episcopi Roberti indicandam ab eo et summo pontifice
sisto ^{IV} ~~IV~~, demittens episcopum in summa devolutione et desperatione,
ita ut postea omni spe, frustratus se transire vellet ad ducem
Clivensem Adrianum, cum pallo et omni iure archiepiscopatus.
Sed in via captus fuit a ministris Henrici Landgravi Hassie, a
quo per quinquennium captus fuit, et in vinculis excommunicatus
a civitate Colonienſi obiit. Laboravit tamen Landgravius Hermannus
Hassie, tunc temporis regens et administrator archiepiscopa-